



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Augustini Barbosa ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Dvo Priores Decretalium Libri Continentvr

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

32. De officio iudicis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95263)

S V M M A R I V M.

- 1 Ordinarius cui competit absolueri ab excommunicatione, potest aliis absolutionem demandare. & n. 2.
- 3 Concordatur text. in presenti, cum cap. ult. §. ceterum, de offic. deleg.
- 4 Episcopus potest eos casus delegare, qui secundum ius Pontifici reservantur, & solum sibi competunt ratione imminens necessitatis.
- 5 Scholasticus si verberaverit clericum, potest ab illa manuum iniectio in studio à suo Conservatore Apost. absolui.


CAP. His, quibus, XX, & fin.

- 1 Ordinarius, qui ex officio potest absolvere excommunicatos, v.g. ob percussione clericorum, potest aliis committere talem absolutionem. Colligitur ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Ioan. Andr. Bellam. Innoc. Henric. Host. Panor. Imol. Anan. Burr. Bald. Felin. Viu. in ration. prim. lib. iur. Pont. pag. 447. Alagon. in compend. iur. Canon. pag. 158. remissive Cafal. in annot. & Ximen. in concord. p. 1. & 7.
- 2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt. Con. var. lib. 3. c. 20. n. 5. Menoch. de arbit. lib. 1. q. 54. num. 47. Morla in emporio iuris Civilis, p. 1. tit. 2. q. 27. n. 32. D. Barbosa in l. cum prator, §. 1. n. 526. ff. de iudic. optime prax. Episcop. p. 1. verbo, Penitentia rius, §. 4. & verbo delegatus, §. 9. advertens text. in presenti. intelligendum esse quando absolutio, vel quid simile committitur Ordinario ex officio suo, vel quid ex delegatione, quia tunc illud potest alteri delegare: text. verò in c. ult. §. ceterum, sup. de officio deleg. agere de illo, cui per delegationem commissum est nudum ministerium, is enim non potest alteri hoc delegare, ita agit text. in d. §. ceterum, de eo delegato, cui nudum tantum ministerium absolutionis commissum est, hoc est, absolutio remota ab omni iurisdictione, quia scilicet delegans omnem praeiudicium causae cognitionem, solumque nudum absolutionis ministerium committit, patet ex litera ibi, nam non sibi iurisdictione, sed certum ministerium, &c. eo enim casu talem delatum subdelegare non posse tam absolutionem, quam alia ministeria, de quibus ibi, merito pro regula receptum est. Privilegium enim iure concessum delegatis à Principe ut possint subdelegare, in his tantum procedit, quibus iurisdictione commissum est, l. à iudice. C. de iudiciis ibi, index datus, cap. Pastoralis, in prim. ibi, iurisdictione dandi iudicem, de officio legati, ac subinde ad eos non debet extendi, quibus non iurisdictione, sed nudum tantum ministerium committitur. Per contrarium verò text. in presenti agit de Ordinariis, quibus potestas absolviendi cum iurisdictione, & ex proprio officio competit, ut suadet rubrica, & patet ibi, quibus ex officio; attento enim iure semota reservatione competit iure magistratus Episcopis facultas absolviendi à censuris per quoscunque Canones latis, iuxta text. in cap. nuper, de sententia excom. unde semota reservatione res reducit ad antiquum ius, & ipsis Ordinariis suo iure talis facultas competere censetur, ex reg. text. in cap. ab exordio 15. dist. 6. in cap. si unus §. paelus, ff. de pactis, quo pacto ita haec iura conciliat gl. hic communiter recepta secundum Nau. in man. cap. 27. num. 45. Vgol. de censur. tab. 1. cap. 4. §. 4. num. 3. Con. lib. 3. var. c. 20. n. 5. Quod si replices text. in presenti agere de absolutione ab excommunicatione propter manus vio-

lentas in clericum, quae soli Pontifici noscitur reservata in c. si quis suadente, 17 q. 4. ac subinde in quibus casibus absolutio à iure conceditur Episcopo, videri ipsum delegatum à lege, & per consequens non posse subdelegare, iuxta reg. l. 1. in princ. ff. de offic. eiu. & quae latè explicant Alciat. Bellon. & alij, quos refert Alphan. collect. 174. Respondetur quòd quando lex Canonica aliquibus casibus concedit Episcopis potestatem absolviendi ab excommunicatione reservata, adhuc ipsi ordinariam suam, non verò delegatam exercent potestatem; cum enim iure communi possint absolvere ab omni censura iuris non reservata, c. nuper vers. in secundo, de sent. excom. sublata reservatione regrediuntur ad suam ordinariam potestatem, quae per reservationem erat impedita, atque ita non novam delegatam potestatem, sed antiquam, & ordinariam ex officio suo dicuntur exercere, ut expressit text. in presenti, & deducitur ex reg. text. in c. cum aliquibus, vers. si vero, de rescriptis lib. 6.

In gl. Casibus. Notatur ad hoc quòd Episcopus potest eos casus delegare, qui secundum ius Pontifici reservantur, & solum sibi competunt ratione imminens necessitatis, ut per Sanch. de matrim. lib. 2. dist. 40. n. 14.

In ead. gl. ibi, qui ex privilegio absoluit excommunicatos in studio Bononiensi. commorantes. Notatur ad hoc quòd si Scholasticus verberaverit clericum, potest ab illa manuum iniectio in studio à suo Conservatore Apost. absolui, ut per Rebuff. de privilegiis scholasticar. privileg. 144. vbi citat Corlet. dicentem hanc glossam singularem, in verbo, absolutio, in quaest. 55. sui reperiarij.



De Officio Iudicis.

TIT. XXXII.

S V M M A R I V M.

- 1 Doctores referuntur qui super hanc rubr. scripserunt.
- 2 Index dicitur quasi ius dicens populo, sicut, & indicare quasi ius dicere.
- 3 Iudicare, & ius dicere in quo differant, ostenditur.
- 4 Index in iure generale nomen est comprehendens omnes, & solos illos, qui publica iudicandi, & cognoscendi auctoritate funguntur.
- 5 Iudicare munus publicum est.
- 6 Iudices propriè illi soli erunt, qui publica auctoritate fuerint constituti, non qui privatorum consensu electi.
- 7 Arbitri quomodo iudices appellantur, ostenditur.
- 8 Iudices alij sunt qui iurisdictionem habent, alijs qui notionem.
- 9 Iudices quidam sunt qui iurisdictionem habent suo iure, quidam qui alieno beneficio, seu commissione.



UPER hanc rubr. scripserunt Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Panorm. Felin. Zabar. Ioan. de Londris in breuiar. sacrorum Canonum, fol. 165. Guilelmus Durand. in speculo iuris, l. 4. sub hoc tit. & in breuiario iuris Can. fol. 26. verso. Petr. de Raucenna in compend. iuris Canonici, Martin. Mesnart. in epitome Decret. fol. 38. verso, Dan. Venator in analysi method. iur. Canon. à pag. 404. Goffred. & Host. in summa huius tit. Alex. Cassan. & Anastas. Germon. in paratilis ad quinque libr. Decret. Barth. Carthag.

in exposit. titulum iur. Canon. nouissimè Ioan. Honor. lib. 2. sum. in Decretal. omnes sub hoc tit. Fichard. Soar. Viu. & alij tom. 1. commun. opin. lib. 1. tit. 2. De officio iudicis tractatus edidit Claudius Cantimucula, to. 3. tract. Doctorum, part. 1. fol. 73. & Paradelphus Practicus.

Officio.] Vide dicta ad rubr. de offic. & potest. iud. deleg.

² Iudicis. Index dicitur quasi ius dicens populo, cap. forum, vers. iudex, de verb. signific. Sicut & indicare quasi ius dicere. Varro lib. 5. de lingua Latina; & quamvis hac duo, scilicet ius dicere, & indicare, multoties idem significant, quatenus ius dicere nullo habito respectu ad iurisdictionem idem importat quod de iure disputare, id est, in causis decidendis dicere quod ius est, hoc etenim ipsa etiam proprietates verbi demonstrat, dicere namque idem est quod proloqui, Vacon. declar. 97. n. 1. in fine, in quo sensu iudex dicitur quasi ius dicens, id est, quasi de iure disceptans, in d. c. forum, vers. iudex, cum ius dicere, id est, de iure disceptare proprium iudicis videatur, ac proinde iudex vir bonus disceptandæ rei causa datus, & iudicium disceptatio appellatur à Cujac. in paratita ad tit. ff. de iudic. nihilominus tamen si proprius accipiantur iudex & ius dicens, sicut & indicare, & ius dicere attentis iuris principiis inter se valde differunt, ut expressè probant text. in l. 4. §. 1. ff. de interrogat. action. ibi iuris dicendi, vel indicandi gratia, rubr. & l. 1. C. de re quis in sua causa iudicet, vel ius sibi dicat, l. quidam consulebant, vers. proinde, ibi ius dixerit sententiamque protulerit, ff. de re iudic. cum aliis, in quibus indicare, seu sententiam proferre, & ius dicere pro diuersis ponuntur, & contra Bart. in l. 1. ff. de iurisdic. omni. iud. n. 1. tradunt eleganter Gouean. ibid. ex n. 1. post alios Donel. comment. iuris Civilis l. 1. 7. c. 6. vers. sunt ergo, & c. 2. vers. misit, Duaren. l. 1. disp. c. 53. Cujac. in l. qui iurisdictioni, ff. de iurisd. omni. iud. in princip. Quintanad. de iurisd. & imper. lib. 1. tit. 6. n. 2. cum segg. Fab. in iurispudentia Papi-manea tit. 1. princip. 4. illat. 3. differentiaque secundum supracitatos in eo præcipue versatur quod ius dicere, seu iurisdictionem potestatem habere ultra causæ cognitionem, importat iurisdictionem, & exequendi potestatem, cum aliis, quæ ad mixtum imperium pertinent, iuxta text. in l. 1. & in l. imperium, secundum aliam literam à multis receptam, ibi, iurisdiclio est etiam iurisdicendi licentia, ff. de iurisd. omni. iudic. ideoque ius dicentis officium latissimum appellatur in d. l. 1. Pratorque tit. proposuit, ff. si quis ius dicenti non obtemperauerit. Iudicare vero cognoscendi, & definiendi tantum facultatem continet intra limites restrictam sine exequendi iurisdictione, nam iudex datus, iudiciario quidem munere fungitur, l. à iudice, C. de iudic. neque tam. n. sententiam suam exequi valet, l. à diuo Pio, in princip. ff. de re iudic. facit etiam text. in l. iudex posteaquam ff. eod. tit. de re iudic. ubi definitur iudicem postquam iudicauit iudicem esse definire, sic ostendens executionem sententiæ, si quando ab eodem iudice fiat, pro potestate, & iurisdictione magistratus, non vero iudicis fieri.

⁴ Iudex in iure generale nomen est, comprehendens omnes, & solos illos, qui publica iudicandi & cognoscendi auctoritate, & potestate funguntur. Dixi, omnes, ut includerentur non tantum magistratus, qui propriam, & alij non magistratus, qui licet alienam, iurisdictionem tamen habent, de quibus in d. l. more maiorum, ff. de iurisd. omni. iudic. iuncta l. 1. §. qui mandata, & per tot. ff. de officio eius, cum similibus, sed etiam illi, qui tantummodo habent notionem prout à iurisdictione distinguitur, quorum diuisio, satis indicatur in l. ait Prator, in princip. ff. de re iudic. omnes enim isti

Tom. I.

iudices sunt pariter publica cognoscendi, iudicandi- que potestate præditi, & uti tales non tamen primi, quam etiam secundi iudices in iure nuncupantur, ut constat ex tit. ff. de iurisd. omni. iudic. iuncto tit. C. de pe- daneis iudicib. differuntque inter alia in eo quod qui iurisdictionem habent, possunt non solum iudicare, sed etiam pro imperio, & potestate sententias suas exequi, quo extremum celetur iurisdictionis, l. 1. iuncta gloss. verbo extremum, ff. si quis ius dicenti non obtemper. qui verò tantum notionem habent, solum iudicare valent intra formam sibi præscriptam sine exequendi potestate, quam scilicet retinent magistratus, qui eos dederunt, l. à diuo Pio, in princip. ff. de re iudic. in hoc etenim inter se discriminatur iurisdiclio, & notio, quatenus diuersas species constituent notionis in genere sumptæ, d. l. ait Prator, l. notionem, in princip. ff. de verb. signific. explicant latè & eleganter Donel. comment. l. 1. 7. c. 6. §. iudicium, cum segg. Gouean. lib. 2. de iurisdic. in princip. n. 30. & 38. cum segg. Cujac. in rubr. ff. de iurisd. omni. iudic. col. 5. & in l. 1. ad fin. & in l. qui iurisdictioni eod. tit. Duaren. in l. iurisdictionem, vers. actionem, ff. de pactis, & in d. l. more maiorum, col. 2. in fin. Quintanad. de iurisdic. & imper. lib. 1. tit. 2. n. 7.

Adieci præterea, solos illos, & c. quia cum indicare munus publicum sit, l. quippe, ff. de iudic. l. ille à quo, §. ult. cum l. seg. ff. ad Trebel. illi soli propriè iudices erunt, qui publica auctoritate fuerint constituti, non qui priuatorum consensu electi, l. priuatorum, C. de iurisdic. omni. iudic. Donel. d. cap. 6. vers. in primis, Gouean. d. lib. 2. in princip. num. 36. Vnde arbitri compromissarii (qui & recepti appellantur eo quod ex recepto, hoc est, ex compromisso adeuntur, l. rem non nouam, ad med. C. de iudic.) licet ex eo quod iudicium imitantur, iudicumque partes assumant, d. l. rem non nouam, l. 1. l. idem Pomponius, §. recepit, ff. de recept. arbitr. interdum iudicibus annum. rentur, l. si minor 34. §. 1. ff. de minor. l. pen. ff. de iudic. nihilominus tamen propriè & simpliciter iudices non dicuntur, sed magis iudices cum adiectione, nempe ex consensu, vel compromisso litigatorum, d. l. pen. non quidem ex eo quod notionem tantum habeant, ut male ait gloss. ult. in d. l. ait Prator, in princip. ff. de re iudic. sed quia non publica, sed priuata compromittentium auctoritate sunt electi, Donel. d. vers. in primis, Gouean. ex n. 31 dictis locis, Menoch. de arbitr. q. 2. ex n. 19. tradit multa Vetrul. lib. 9. de verb. significat. verbo iudex & arbitri, Cottal. lib. 4. miscel. cap. 18.

Omnium iudicum summa illa diuisio est ad quam ceteræ reducuntur, ut alij sint qui iurisdictionem habent, alij qui notionem tantum, ut satis probatur, in d. l. ait Prator §. in princip. ff. de re iudic. cum his, de quibus Donel. d. lib. 17. c. 6. vers. iudicium, cum segg. & omis illis, qui notionem tantum habent, de quibus alibi opportunius dicemus, eorum qui iurisdictionem sibi vendicant, genera item duo reperiuntur iure Ciuili cognita, ut videlicet quidam sint qui iurisdictionem habent suo iure, quidam qui alieno beneficio seu commissione, d. l. more maiorum, ubi iisdem ferè verbis, & subalterna iudicum diuisio traditur, ff. de iurisd. omni. iudic. Donel. d. lib. 17. c. 7. in princip. Priores qui iurisdictionem habent suo iure communi vocabulo Ordinarij iudices dicuntur, de quibus latè dixi ad rubr. de offic. iudic. ordin. posteriores delegati, de quibus pariter latè egi ad rubr. de offic. & potest. iudicis deleg.

S V M M A R I V M.

1. Index etiam delegatus potest dare Advocatum etiam de suis domesticis partibus, quae illum habere non potest.
2. Advocatus cogi potest per indicem patrocinium suscipere etiam pro pauperibus.
3. Advocatus inimicus alterius partis an possit contra eam patrocinium ferre, ostenditur.
4. Inimicitia in advocacione contracta non est consideratione digna.
5. Advocatus olim non fuerunt constituta ex publico salario.
6. Advocati pauperum Regio sumptu creantur in Gallia, Germania, & Neapoli.

CAP. Ex literis. I.

Honor. III.

1. Iudicis etiam delegati ad officium spectat dare Advocatum parti, etiam de suis domesticis, quae illum habere non potest. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabari. Collect. Bellam. Henric. Ioan. Andr. Panorm. Felin. Butr. Imol. Anan. Innoc. Host. Viuan. in ration. primi libri iuris Pontif. pag. 470. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 164. remissive Caial. in annot. Ximen. in concord. p. 1. & 2.
2. Quod habere non poterat Advocatum, &c.] Notatur ad hoc quod Advocatus potest cogi per indicem patrocinium suscipere, etiam pro pauperibus, & miserabilibus personis, Couar. lib. 1. var. c. 14. n. 1. Soar. in thesauro commun. opinion. lib. 1. n. 91. Aniles ad c. 18. Pretorum, verbo, acogidos, n. 2. Perez l. 1. versic. non est dubium, tit. 1. lib. 2. Ordin. pag. 400. Lancel. Polit. de offic. advocat. c. 3. Bernard. Graue. ad pract. Camera Imper. lib. 1. concl. 43. considerat. 1. n. 4. cum segg. Steph. Gratian. discept. foren. cap. 56. num. 22. 1. 1. & 32. Camil. Borrel. in summa omnium decisionum, tit. 65. num. 32. Carrasc. in explicat. ad aliquas leges recopilationis, n. 33. cum multis segg. ubi etiam limitat, ne scilicet possit cogi prestare patrocinium contra seipsum, liberos, uxorem, consanguineum, affinem, vel amicum.
3. Domesticus tuus erat.] Ideo reicitur haec exceptio eo quod Advocatus datus à iudice erat domesticus ipsius iudicis, ut glossa hic notavit, verbo obstante; si vero fuisset inimicus alterius partis, contra eam patrocinari non posset, ut resoluunt Valasc. conf. 124. Cabed. Lusitan. decis. 214. n. 10. p. 1. Cardoso in praxi iudic. & advocat. verbo, procurator, n. 108. nisi inimicitia fuisset orta post ceptam advocacionem causa repellendi Advocatum, ex Bart. in l. 2. §. sed si agant, ff. de iudic. & in l. 1. §. cum quis, ff. de q. vbi Hyppol. n. 5. & 17. Mascard. de probat. concl. 857. n. 54. & concl. 1046. n. 17. Cald. Pereira de renovat. emphyt. q. 7. n. 16. Et inimicitia in advocacione contracta non est consideratione digna, ut asserit Menoch. de arbitrar. casu 131. n. 5. & 6.
5. In gloss. 1. ibi, Quando salaria de publico dabantur. Huius glossae opinio commentitia est, olim enim Advocatis non fuisse constituta ex publico salaria, ut per Couar. d. c. 14. n. 1. & pract. c. 6. n. 4. Apud aliquas tamen nationes Regio sumptu pauperum Advocati creantur, provt faciunt Neapolitani, ut referunt Thom. Act. in tr. de infirmis p. 1. verbo, Advocati, num. 8. Camil. Borrel. d. tit. 65. n. 40. Et Germani, ut per Matth.
6. per Couar. d. c. 14. n. 1. & pract. c. 6. n. 4. Apud aliquas tamen nationes Regio sumptu pauperum Advocati creantur, provt faciunt Neapolitani, ut referunt Thom. Act. in tr. de infirmis p. 1. verbo, Advocati, num. 8. Camil. Borrel. d. tit. 65. n. 40. Et Germani, ut per Matth.

ad Guid. Papae decis. 561. Et Galli, Boët. decis. 324. n. 6. Et servari in Camera Imperiali testatur Gail. l. 1. observ. 43. n. 1. & 19.

S V M M A R I V M.

1. Officium nobile cum imploratur sit litis contestatio, secus in mercenario.
2. Restitutio in integrum quando petitur incidenter, non requiritur litis contestatio.
3. Index potest supplere de iure quae desunt Advocatis.
4. Index potest condemnare partem in fructibus, interesse, & expensis, licet non petatur, saltem ex clausulis, & iusticiam, &c.
5. Index non iudicat super nos petitis.

CAP. Iudicis. II. & fin.

Gregor. IX.

Officium iudicis quando pro principali actione imploratur, v. g. cum petitur principaliter restitutio in integrum, tunc expolitur contestatio litis, alias potest haberi recursus ad officium iudicis sine litis contestatione. Colligunt ex ordin. Abb. antiq. Zabari. Collect. Bellam. Henric. Ioan. Andr. Panorm. Felin. Butr. Imol. Anan. Innoc. Host. Anchor. Viuan. in ration. primi libri iuris Pontif. pag. 471. Alagona in compend. iur. Canon. pag. 164. remissive Ximen. in concord. part. 1. & 2.

Veluti cum restitutio in integrum, &c.] Notatur ad hoc quod quando petitur restitutio in integrum incidenter, non requiritur litis contestatio, ut per Redoan. de rebus Ecclesiae non alien. q. 78. de rest. in integr. cap. fin. num. 1. Odd. in tract. de restit. in integr. q. 35. art. 9. n. 59. quos refert, & sequitur Mar. Anton. var. resol. lib. 1. resol. 54. n. 6.

In gloss. iudicis officium, ibi, potest enim index supplere de iure quae desunt Advocatis. Vide Doct. per text. ibi in l. vni. C. 91. quae desunt Advocatis, Mench. illustr. contron. lib. 2. c. 39. n. 21. Donel. comment. iuris Civilis, lib. 18. c. 4. col. vltim. in fine, Afflict. decis. 371. Aloyf. Rice. in collect. decis. p. 4. col. 1019.

In ead. gloss. ibi, Ut in fructibus perceptis, &c.] Nota quod index potest condemnare partem in fructibus, interesse, & expensis, licet illa à partibus non petantur, & hoc saltem ex clausulis, iur. & iusticiam ministrari, ut per Guid. Papae decis. 405. quem refert Aloyf. Rice. d. collect. 1019. vers. inferius quinto. Viu. tom. 1. commun. opin. lib. 1. tit. 1. n. 95. vers. & eam, pag. 365. Bernard. Graue. ad pract. Camera Imper. lib. 1. conclus. 61. confid. 3. n. 4. & vide quae dixi ad gloss. ult. cap. ult. de rescriptis.

In ead. gloss. ibi, Nisi fuerint petita, index de illis non pronuntiabit. Notatur ad hoc quod index non iudicat super nos petitis, Afflict. in c. 1. n. 71. & 72. de milite vassallo qui contumax est, lib. 2. fol. 59. Rota Bonon. decis. 44. Valasc. confil. 145. num. 8. cum segg. D. Barbosa in l. si cuius dotem, in princip. num. 4. ff. de iur. matr. Ordinam. Lausit. lib. 3. tit. 3. in princip. & tit. 66. §. 1. nam fatuus est index, qui ultra petita iudicat, l. vltim. C. de fideicom. lib. 1. Azucud. l. 10. c. 15. cum segg. tit. 17. lib. 4. nona recopil.

De